

Positionibus variè respondentem, fraude præsumere. spondere, explicatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Positionibus aduersarii variè respondens, præsumitur per fraudem respondere, & peritius censetur.
2 Positionibus contraria respondere, animo corrigendi permittitur.
3 Reuocatio negationis, ante testium examinationem permissa est.

P R A E S V M P T. XLIII.

Cum actor super à se deductis suo in libello, & reus super exceptionibus positiones formare soleant, ea propter dicendum hic est de præsumptionibus quæ circa ipsas positiones versantur, dicimus itaque quod si vel actor vel reus respondet varia positionibus aduersarii, præsumitur per fraudem respondere. Ita ad rem nostram scriptum reliquit Alcia. in tracta. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 31. ex capit. 1. vt eccles. benefic. sine dimin. confer. Quocirca sancitum est (vt idem Alc. anno. taut) in cap. 17. de iur. iur. in 6. peritium illum censeri qui varia, & contraria respondet, & ob id ea peritij pena puniri.

Declaratur primò hæc sententia, vt locum non habeat, quando respondens contraria positionibus, id facit animo corrigendi quod prius dixerat. Nam tunc responsio hæc admittitur. Ita sentit gloss. in dic. cap. 1. de iure iur. in 6. & tradit Soc. Sen. in consil. 97. num. 11. & 12. li. 4. vbi eiusdem opinionis commemorat, & Bal. in l. 1. C. de furtis, & idem sentit Barb. in consil. 82. col. 2. lib. 3.

Declaratur secundò, vt non procedat quando qui negauit confessionem, ipsam negationem respondens reuocauit antequam testes examinentur super ea negata positione. Est sanè permissa reuocatio illa. Ita sentit Abb. in consil. 17. lib. 2. & apertius, Abbatem secutus, Ioan. Bapt. Afinius in commentar. ad statuta Florentia. §. 19. capit. 10.

Instrumentum magnam pro se habere præsumptionem.

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptio magna est pro instrumento.
2 Instrumentum, & verum, & solemne præsumitur. Et his præsumptionibus statuitur, donec appareat contrarium. num. 3.
4 Temporis, & loci diuersitas præsumitur potius, quam quod instrumentum non sit verum.
5 Instrumentum pro se præsumptionem habet, quo ad verba eius dispositiua.
6 Instrumentum in vna parte falsum, præsumitur falsum in toto. Idem si vitium aliquod patens, & manifestum non apparet. num. 7.

P R A E S V M P T. XLIV.

Non solum positiones, vel capitula probanda exhiberi solent in iudicijs, sed etiã instrumenta. Quo circa aliqua, & de his videamus. Est sanè magna præsumptio pro instrumento præsumptio. cap. Abbate. de verbor. sign. c. si Papa, de privileg. in 6. Et scribit Bald. in capit. 1. §. si instrumentum. numer. 2. de notis feud. ex instrumento duas oriri præsumptiones, vna quod sit verum, altera quod sit solemne, idem scripserunt Dec. in consil. 36. nu.

6. Petrasancta sing. 39. Marf. in l. si quis ne quæstio. num. 339. ff. de q. Neuzianus lib. 6. Syluæ nupt. num. 47. vers. item in dubio quod instrumentum. Tertiam verò addit Alciatus in tract. de præsumpt. reg. 4. præsumpt. 13. n. 6. ex sententia Baldi quem citat, nempe quod ea, quæ scripsit notarius sint dicta à partibus, sed non video quo in loco hoc scriptum reliquerit Baldus. Et verè supernacaneum esse arbitror dicere, præsumi scriptum de voluntate partium.

Cum satis, superque sit asserere, præsumi esse verum, Non enim esset instrumentum verum, si scriptum quid fuisset, quod à partium voluntate non fuisset profectum. Hæc autem præsumptiones hoc operantur, vt stet in instrumento, eique fides adhibeatur, donec contrarium probetur. l. cum precibus. C. de probat. & l. cum propria vbi gl. C. si quis alteri, vel sibi, & tradunt Rom. in consil. 509. n. 25. Alex. in consil. 116. in fi. li. 3. Soc. Sen. in consil. 61. n. 2. & 3. lib. 4. Iaf. in consil. 24. col. 1. li. 1. Crau. in consil. 56. n. 7. in fi. Paris. in consil. 28. n. 9. li. 2.

Imo dicimus instrumentum adeo præsumi verum, vt contineat probationem probatam, sicuti scripserunt Bar. in l. 1. in prin. nu. 8. ff. de oper. noui nunc. & ibid. Iaf. n. 10. & alij plures, quos commemoravi in tract. de recuperanda poss. remed. primo. n. 224. Ibi tamen n. 225. adiunxi, hanc traditionem esse verã, donec vlg. aliquid obijciatur contra ipsum instrumentum. Nam tunc quidem non efficit rem claram, & probatam, attamen non definit extare pro eo præsumptio.

Extenditur primò, vt potius præsumatur diuersitas loci, & temporis quam quod instrumentum non sit verum. Ita docuit Bald. in l. Imperator. col. 2. vers. cul. & not. quod potius ff. de statu hom. & c. cum tu. vers. nota quod in teste. de testibus. ex l. iuris gent. §. quod fere, vbi Iaf. n. 8. ff. de pactis.

Declaratur primò hæc præsumptio, vt procedat quod ad verba dispositiua instrumenti, secus quo ad enunciatia, puta, Titus filius Sempronij. Non enim enunciatia ista præsumptionem infert, quod talis ille sit, ita declarant Ang. in d. l. iuris gent. §. quod fere, & ibi Iaf. nu. 3. ff. de pac. & Petras. in sing. 39.

Declaratur secundò vt non procedat quado in aliqua sui parte instrumentum esset falsum. Nam tunc totum falsum præsumitur. Ita declarant omnes in l. si ex falsis. C. de transf. & dicimus in fi. li. 5. præsumpt. ...

Declaratur tertio, vt locum non habeat quando vitium aliquod patens, & manifestum apparet in ipso instrumento, sicut cancellatio, & abrasio, vel probatum est aliquod vitium latens, sicuti declarauimus superiori libr. in quæst. 99. & dicimus infra libro. 5. præsumptio. 10.

Instrumentum produçens, præsumitur fateri, & approbare vera esse que scripta in eo sunt quod varijs declarationibus illustratur.

S V M M A R I V M.

- 1 Instrumentum produçens, præsumitur fateri, & approbare vera, que in eo continentur. Idque etiam locum habet de persona notarii, qui id conscripsit. num. 12. Idem de dictis, & attestacionibus testium. n. 3.
4 Instrumentum produçens, id censetur approbare, quamuis careat solemnitatibus à lege requisitis.
5 Instrumenti solemnitati possunt partes renunciare, que eorum ce diis commodo.
6 Instrumentum produçens videtur etiam ea constiteri, que in loco separato illius scripta sunt.
7 Scripturam etiam priuatam produçens, eam approbare censetur.

8 Instru-

- 8 Instrumentum productio, & tanquam veri approbatio, prodest, & tertio absenti.
9 Actus approbationis pendet à sola voluntate approbantis.
10 Ratificatio actus etiam parte absente fieri potest.
11 Declaratio animi facta causa vnius, prodest & alteri.
12 Instrumentum approbare censetur, non solum produçens, sed etiam petens sibi exhiberi, & produci.
13 Instrumentum minus solemne produçens, tanquam solemne nõ præsumitur approbare cum de facto alieno agitur.
14 Factum alienum præsumitur incognitum.
15 Instrumentum deficiens in solemnitatibus negocium principale concernentibus, non præsumitur quis produçendo approbare.
16 Instrumenti productio, nullum adfert produçenti præiudicium quando aduersarius illud impugnat.
17 Instrumentum produçens non præsumitur approbare ea, que incidenter, vel enunciatiue, in eo scripta sunt. Nisi tamen sint enunciatiua verba ipsius produçentis. nu. 18. vel necessaria ad actum ipsius instrumenti. n. 19.
20 Instrumenti productio, & tacita ex eo resultans confessio non nocet produçenti, vt detecto errore probabili id nequeat reuocare.
21 Instrumentum productum cum protestatione, in partibus nimium prof. facientibus, non contradicente aduersario quo ad fauorem produçentis accipitur.

P R A E S V M P T. XLV.

Conuenit hic locus disputationi quando produçens instrumentum præsumatur approbare vera esse, que in eo scripta sunt. Quæ quidem in re constituitur regula, & præsumitur approbare. Ita sanè scribunt omnes in c. cum venerabilis. de except. vbi Abbas. numer. 31. Fel. nu. 22. Decius nu. 22. & Parisus. n. 56. qui huius sententia Doctores per plures commemorat. Et illis accedunt Ruin. in consil. 162. nu. 4. lib. 5. Iaf. in l. 1. §. editio nes. nu. 16. ff. de eden. Dec. in consil. 58. nu. 7. Gozad. in consil. 42. nu. 9. Paris. in consil. 125. nu. 20. lib. 1. Boerius q. 252. n. 3. & Gramma. in consil. 89. nu. 2. in ciuilibus, & de cil. 103. numer. 84. Crauet. in consil. 249. column. 1. & in consil. 275. nu. 2. Natta in consil. 365. num. 3. & nouissime Mascard. in concl. 915. nu. 1. quem post horum commentariorum primam impressionem videre contigit. Rota Genuensis in decis. 13. nu. 15. & ij quidem adducti sunt tex. l. 1. §. edenda. ff. de edend. ex l. filius. §. vit. ff. de inter rog. 2. et. c. cum olim. de censibus.

Extenditur primò hæc sententia, vt procedat etiam quo ad personam notarij, qui instrumentum illud conscripsit. Nam & eius personam approbasse præsumitur. Ita Bal. in l. si quis testibus. col. 1. Co. de testibus. Guido Papa. q. 103. Alexand. in consil. 133. numer. 14. lib. 7. Iaf. in l. 1. §. dictiones. nu. 17. ff. de eden. Marf. in l. quæ ignorans. num. 10. ff. ad l. Corn. de Sic. quos secutus est Boer. in d. q. 252. num. 4. Qui ergo semel produxit instrumentum eius quem notarium asserbat, non amplius poterit aliud instrumentum ex eo impugnare, quod is notarius non sit.

Extenditur secundò, vt procedat in eo, & qui dicta, & attestaciones testium produxit. Nam & is præsumitur eas approbasse, & fateri esse veras. Ita Fel. in c. imputari. col. 1. vers. 4. declaratio. de fid. instr. qui dixit, produçionem instrumentorum, & testium à pari procedere, qui quidem intelligit, quando productio fit post publicationem, & sequitur Crau. in tract. de antiq. tempot. in 5. par. primæ partis princ. n. 14. in fi. qui n. 15. subiungit, hunc produçentem testium attestaciones, nec quidem amplius posse eorum personas improbare, vel quidquã in eos obijcere, etiam si nec iuramentum præstiterint, vel examinati fuerint.

Extenditur tertio, vt procedat etiam in instrumentum

vel scriptura producta & deficiat in solemnitatibus à lege requisitis, vt si instrumentum careat anno, die & consule. Nam adhuc produçens præsumitur ea approbasse, Ita Baldus in l. alia. col. 2. vers. sed pone, quod quis confitetur. C. de ijs, quibus vt indignis. idem in l. 2. in fin. C. de fideicommiss. liber. Ang. in consil. 132. Quidam Nicolaus. col. 2. Alex. in consil. 184. lib. 7. Iaf. in consil. 161. col. 3. lib. 2. Fel. in d. c. cum venerabilis. nu. 27. de except. & ibidem Dec. n. 27. vers. 5. conclus. Crau. in tracta. de antiq. temp. in 4. par. primæ par. prin. nume. 36. qui asserit hanc esse magis receptam opinionem. Dissentunt tamen ab hac opinione Inn. & Abbas in d. c. cum venerabilis. de except. Rom. in consil. 294. n. 2. Alexan. in consil. 108. nu. 6. lib. 5. & in consil. 24. n. 5. lib. 7. ea ratione mori sunt, quia produçens instrumenta, vel alias scripturas carentes solemnitate instrumentali, præsumitur illa approbare, & illa confiteri, prout in eis continetur, ex quo probationis effectus est nullus. Et paria sunt nihil contineri, vel contineri quidem, sed id quod continetur approbare nõ posse, ob probationis defectum. l. duo sunt Titij. ff. de testamentaria tutela.

Cæterum huic considerationi respondetur, eã posse procedere, quando defectus solemnitatis est respectu negotij principalis, de qua quidem statim infra dicemus, secus quo ad solemnitatem hanc ipsius solius scripturæ, vt quando scriptura non est Authentica, vel caret die, & consule, vel similem alium defectum habet. Nã tunc (vt dicebat Decius) vitium illud purgatur per illius scripturæ productionem. Et differentia ratio est, quia solemnitati in instrumenti partes renunciare possunt, cū suum solum commodum respiciant, secus quando est solemnitas respiciens negotium principale, sicuti est solemnitas decreti in alienatione bonorum minoris, vel ecclesiæ, cui quidem renunciare partes non possunt, vt infra dicemus in secunda declaratione.

Extenditur quartò, vt procedat hæc præsumptio nõ solum quo ad ea, quæ in ipso instrumento aliaue scriptura continetur continuatiue, sed etiam quo ad disposita in loco separato, puta solutionem debiti scriptam à tergo ipsius scripturæ. Ita Ang. in d. col. 132. col. 2. vers. 1. quia. & Crau. in d. tract. de antiq. temp. 4. par. 1. partis prin. n. 37. Ea est rō quia nil præsumitur scriptum, intra vel extra ipsam chartam, quod scriptum non sit voluntate ipsarum partium. Cum ergo produçens scripturam præsumatur fateri quæ intra scripturam sunt, ita etiam præsumitur fateri quæ extra.

Extenditur quintò, vt procedat etiam in produçente scripturam mere priuatam. Nam adhuc eam approbare præsumitur. Ita Ang. in d. consil. 132. col. 2. & Crau. vbi supr. num. 42.

Extenditur sextò, vt procedat quo ad tertium. Nam & ei prodest hæc tacita, vel præsumpta confessio produçentis. Ita Ang. in §. si verò expressim, col. 4. in auth. de hæc. & Falc. Cum dixit, quod approbatio instrumenti tanquam veri, prodest omnibus, qui interesse aliquod ex eo habent, etiam si præsentibus non fuerint ipsi approbationi. Et Angelum secuti sunt Iaf. in l. non solum. §. morte. n. 12. versic. item pro conclusione Bald. ff. de operis noui nunc. Ripa in c. cum M. Ferrariensis. num. 106. de const. & Crau. loco præallegato. n. 43. Ea est rō, quia & actus approbationis pendet à sola voluntate approbatitis, quo casu præsentia alicuius non præsumitur, vt docuit Bart. in l. Pomponius. col. 2. versic. item ex eo. ff. de neg. gest. & in l. quo enim. ff. rem ratam haberi. Cum dixit, ratificationem & actus fieri posse absente parte, & absenti prodesse, quia solum dependet à voluntate ratificantis, licet ratificans ipse obligetur. Et Bartol. secuti sunt multi commemorati à Crati. vbi supr. num. 46. Et idem respondit Rui. in consil. 66. nu. 14. lib. 1. & in consil. 108. n. 8. li. 5. Ita dicimus & declarationem animi facta casu

sa vnus, prodesse, & tertio. Ita Bart. in l. is potest. n. 10. ff. de acquir. hæred. quem secuti sunt Bal. in l. vlt. Co. de petit. hæred. & Ang. in l. sicut. C. de repud. hære. Dec. in conf. 35. col. 2. ver. & sic patet. & Crau. in conf. 62. nu. 11. & in d. 5. par. n. 46. quo loci satisfaciunt nonnullis difficultatibus.

12 Extenditur septimò, vt procedat etiam in eo, qui ipse non producit, sed sibi exhiberi, & produci petit. Ita egregie respondit Crau. in conf. 275. n. 2. & 3. qui multis rationibus comprobatur.

Declaratur primò, vt non procedat hæc præsumptio quando quis produceret instrumentum minus solemnne tanquam solemnne, & ageretur de factio alieno. Nam talis productio tanquam erronea, non inferret probationem ipsius instrumenti. Ita Alex. in consil. 108. nu. 6. li. 5. & Crau. vbi sup. in d. 5. p. 1. par. prin. n. 38. post Abb. in d. c. cum venerabilis. de excep. Ea est ratio,

14 quia factum alienum præsumitur potius ignoranter, & per errorem produxisse, quam scienter, & propterea ei non dicitur consentire. l. si quis per errorem. ff. de iurisd. omn. iud.

15 Declaratur secundò, vt non procedat quòd instrumentum, vel scriptura deficit in solemnitate quæ respicit negotium principale, vt si quis producit testamentum, quod quidem habet solemnia instrumenti, sed deficit solemnitatibus requisitis in actu testandi, puta circa septem testes, & similia. Vel si quis producit instrumentum alienationis bonorum minoris, vel ecclesiæ quod quidem habet solemnia instrumenti quoad scripturam, sed deficit solemnitas illa requisita in alienationibus bonorum minoris, vel ecclesiæ. Hoc sanè casu is producens non præsumitur approbare illud instrumentum, & scripturam. Ita Baldus in l. alia. num. 4. Co. de ijs quibus vt indign. quem secuti sunt Felyn. in cap. cum venerabilis. num. 26. & ibid. Dec. num. 26. versic. 4. conclus. de except. Soc. Sen. in consil. 92. nu. 9. libr. 3. Afflic. dec. 25. in fin. Zuchar. in l. vlt. num. 347. C. de edict. diui. Adr. toll. Crau. d. tractat. de antiq. tempor. in d. c. 4. part. primæ partis. princ. num. 40. & in 6. part. d. 1. part. num. 19. & scripsi in tract. de adipiscenda poss. remed. 4. nu. 105. & 106. Ea ratione motus est Bald. quia non sufficit veritas sine solemnitate. l. si veritas. Co. de fideicom. Quæ sanè solemnitas non pendet à voluntate ipsius producentis, & propterea sua productione efficere nõ potest, vt solemnne sit, quod verè non est. Et comprobatur hæc declaratio auctoritate Bar. l. 2. C. de bon. poss. secund. tabul. Cum dixit quod si quis fatetur testamentum fuisse conditum, sed minus solemniter, non dicitur approbasse illud testamentum. Et Bartol. secuti sunt ibi Dec. num. 5. & 6. Ripa in l. admonendi. num. 186. ff. de iur. iur. si ergo expressa confessio non nocet, multo minus tacita. Imò nec in foro conscientie, hic qui confessus est testamentum minus solemniter tamen fuisse conditum tenetur vt differri supra lib. 1. quæst. 80. His constat, malè ab hac opinione dissentire Abb. in d. c. cum venerabilis. num. 36. de except. & Romanum in d. consilio 294. & alios plures commemoratos à Decio in d. c. cum venerabilis. num. 26. vbi horum rationes & argumenta confutat. His accedit quod scripserunt Bartol. in l. post legatum. num. 2. ff. de his quibus vt indign. Olasc. in d. c. 39. num. 10. & Mascard. in d. c. conclus. 91. num. 7. Cum dixerunt producentem instrumentum præsumi approbasse ea, quæ continentur in ipso instrumento, eatenus tamè, quatenus ipsum instrumentum probat.

16 Declaratur tertio, vt non procedat, quando factio aduersarius, contra quem facta est productio, impugnat instrumentum illud, vel scripturam. Nam tunc præsumpta tacitaque hæc confessio, ab ea productione descendens,

non adfert aliquod præiudicium ipsi producenti. Ita Bald. in l. si quis testibus. colum. 2. versic. sed non quid producat. C. de testibus. & in d. c. l. alia. num. 4. Co. de ijs quibus, vt indignis. Quam tamen declarationem explicat copiosè Crau. in d. c. 4. part. 1. par. princip. num. 52. & 53. & tradit Mascard. in d. c. conclus. 91. num. 4.

Declaratur quartò, vt procedat hæc præsumptio quoad ea, quæ sunt prolata dispositiue in ipsa scriptura producta, secus verò quoad ea, quæ incidenter, & encliticiue scripta fuerunt. Nam illa nec approbare, nec fateri præsumitur. Ita scribunt Bald. in d. c. capit. cum venerabilis. colum. penult. de except. & ibid. Felyn. colum. 5. versic. limita dupliciter. Alexand. in consil. 16. num. 12. versic. præterea etiam. lib. 5. Paris. in d. c. capit. cum venerabilis. num. 58. Crau. in d. c. 4. part. 1. part. principalis. num. 60. Cæphal. in consil. 236. num. 18. lib. 2. & Mascard. in d. c. conclus. 915. numer. 9. Et ij quidem moti sunt ex l. Aurelius. §. vlt. ff. de libe. leg. Nec obstat quod ab hac opinione dissentiat Abb. in consil. 52. colum. vlt. ver. & præsertim vt dixi. lib. 2. à quo non videtur dissentire Ias. in l. si cui serui. §. à filio. in fine. de leg. 1. ex text. c. cum olim. de censibus. Nam respondetur, Abb. tamè non fuisse, cum text. d. c. capit. cum olim. (vt ait Crau. præcitato in loco) loquatur in probatione finium, qui leuioribus probationibus probari possunt. Et ideo probatio illa non resultat ex productione instrumenti, sed ex solis ipsius verbis, quia idem esset si instrumentum fuisset ab alio productum, vbi gloss. & omnes interpretantur, & alios recenset Hieronymus Montanus in tract. de finibus. cap. 61. præterea & secundo respondet Crau. tra. quod verba enunciatiua in casu d. c. capit. cum olim. erant necessaria ad actum, quia alias compositiones illa facta non fuissent, ob id probant, vt textum illum sic intellexit Decius, quem mox referam. Hæc tamen declaratio Baldi intelligitur, nisi essent verba enunciatiua ipsius producentis, vt quia cum eo gestum fuisset negotium. Nam illa probant. l. optimam. C. de contrah. & commit. slip. Ita declarat Felyn. in d. c. capit. cum venerabilis. & Crau. vbi sup. numer. 62. qui subiungit post Dec. in d. c. capit. cum venerabilis. versic. prædicta conclus. & intelligi secundò, nisi essent verba enunciatiua necessaria ad actum ipsius instrumenti, ex d. c. cum olim. & alia ad rem hanc tradit Paris. in d. c. capit. cum venerabilis. num. 58.

Declaratur quintò, vt non procedat hæc præsumptio & tacita confessio producentis, quoad effectum reuocationis ipsius productionis, detecto ipso errore. Nam verè reuocari potest, siue modò error sit ex factio alieno, siue ex proprio, modo probabilis sit. Ita tradunt Bald. in consil. 307. Proponitur, quod notarius. li. 5. Guido Papæ q. 331. & q. 403. versic. sed iuxta præmissa querro. Fel. in cap. imputari. col. 1. vers. 7. & vlt. declaratio. de fid. instrum. & Crau. in d. 4. par. 1. part. numer. 64. Idem Crau. in consil. 201. num. 7. in consil. 249. colum. 2. in princip.

Declaratur sextò, vt non procedat, quando factio productio facta fuit adhibita protestatione, quod producit in parte, & partibus pro se facientibus, & non aliter, & c. Cui quidem protestationi non contradicat aduersarius. Nam tunc productio inducit approbationem solù quoad ea, quæ sunt in fauorem producentis. Ita conciliando controuersas Doctorum opiniones, tradunt Ias. in l. nõ solum. §. morte. num. 27. ff. de ope. nou. nunc. Dec. in d. c. capit. cum venerabilis. num. 22. in fin. de except. Ripa in cap. cum M. Ferrarien. n. 79. de consil. Olasc. in d. decis. 39. n. 7. Et alias conciliationes recenset Masc. in d. conclus. 915. num. 19. & copiosius scripsi in repet. d. c. cum M. Ferrariensis.

Quando

Quando ac quomodo non opponens exceptionem aliquam, dictis, vel factis sui aduersarij, in iudicio ea fateri præsumatur, copiosè explicatum.

S V M M A R I V M.

- 1 Instrumentum aut scripturam productam contra se, veram videtur fateri, qui nil opponit.
- 2 Tacens in iudicio habetur pro consentiente.
- 3 Procurator falsum instrumentum mandati producente, pars non opponens mandatum præsumitur approbare.
- 4 Testimonium patris pro filio, parte non reclamante, admittitur.
- 5 Protestationi in iudicio non opponens, illi videtur consentire.
- 6 Solemnitas actus extrinseca præsumitur interuenisse, non opponente aduersario.
- 7 Iudicium cum excommunicato tractatum, parte non opponente, valet, & tenet.
- 8 Miles in iudicio etsi alterius procurator esse nequeat, parte tamen non opponente, iudicium tenet.
- 9 Procurator in causa criminali non admittitur regulariter, si tamen nil obijciatur, iudicium tenet.
- 10 Spoliatus cui proprietatis opposita fuit exceptio, si non contradicat, non venit restitutus.
- 11 Sententia in iudicium transita, si exceptiones obijciuntur, aduersario non contradicente iudicium tractandum est.
- 12 Iurans sibi pecuniam numeratam, si post exceptionem non numerat pecuniam ad probandum fuit admissus, non contradicente aduersario, tenet iudicium.
- 13 Præsumptio iuris, & de iure etsi nil obijci queat, si tamen id fiat, parte non opponente, de ea obijctione disputandum est.
- 14 Religiosus testamenti executor sine superioris auctoritate et sinequeat, esse valent tamen gesta ab eo, si nil fuerit oppositum.
- 15 Clericus fideiubere pro alio nequit generaliter, valet tamen fideiussio, & obligatio tenet, si non fuerit oppositum.
- 16 Probationes intra certum tempus faciende, aduersario non contradicente admittuntur, valent.
- 17 Legitimatio persone in iudicio requiritur, cum minus legitima tamen si non opponatur, tenet iudicium.
- 18 Notarius probandus est, si tamen nil fuerit contradictum gesta tanquam à notario valent.
- 19 Instrumenti copia fidem facit, si ei non contradicat aduersarius.
- 20 Iudicium suis carens solemnitatibus, valet si ab aduersario nil sit obiectum.
- 21 Index laicus non opponente aduersario, cognoscit de causa spiritali.
- 22 Sententia sanguinis lata à religioso valet, parte non reclamante.
- 23 Reconuentio coram alio iudice facta aduersario non abnegante valet.
- 24 Acta in iudicio tempore feriarum valent, non contradicente parte.
- 25 Probationes publicatis attestacionibus factæ valent, aduersario tacente.
- 26 Actiones quæ alias cumulari non possent, cumulantur tamen non opponente aduersario.
- 27 Accusatio lapsa tempore accusandi, admittitur non contradicente aduersario.
- 28 Appellatio reuocanda admittitur, tacente aduersario.
- 29 Instrumento vel scriptura contra se producta, etiam generaliter opponens præsumitur fateri in eo contenta.
- 30 Instrumentum, cui etiam non fuerit oppositum, quando tamen non præsumatur vera fateri in eo contenta, is contra quem produciuntur.

P R Æ S V M P T. XLVI.

179
Icamus nunc è conuerso ad præcedentem præsumptionem, quod ille, contra quem produciuntur aliqua instrumentum, aliquæ scriptura, præsumitur, & argue censetur eam approbare, & fateri veram, si nihil contra eam opposuit. Ita Iacob. de Arena in l. vlt. C. si certu petat. & ibidem Bal. in 2. oppos. Hostien. in cap. quoniam contra. & ibidè Burr. de probat. Alex. in consil. 185. in fine. lib. 6. Guido Papæ q. 221. col. vlt. & apertius qu. 404. Boer. q. 36. & Crau. in tract. de antiq. tempor. in quinta particula primæ partis princ. nu. 24. Ea est huius sententia ratio, quia tacens in iudicio habetur pro consentiente. c. 2. de appell. in 6. Bar. in l. 1. C. de relat. & fusius dicemus infra lib. 6. præsumpt. 45. vbi agemus quando & quomodo tacens consentire præsumatur. Et quamquam prædicta loquantur in actu iudicis, attamen idè est in eo actu, qui factus est à parte. Nam videmus, (inquirit præcitato in loco Crau.) quod si falsus procurator producit instrumentum mandati minus legitimum, & pars non opponat, censetur approbare mandatum. Ita Bart. in l. licet. C. de procur. & ibidem Ias. col. pen. vers. lim. 3. Idem Crau. in consil. 150. nu. 2. in fin.

Idem etiam dicimus, quod licet pater non possit esse testis pro filio, nec è contra. l. parentes. C. de testib. Attamè, si pars nil opponit admittitur testimonium patris pro filio, & è contra, vt scribunt Bar. in l. qui testamento. §. quecunque. col. pen. de testam. Dec. in l. qui iurisd. in fine. ff. de iurisd. omn. iud. Crau. in consil. 150. num. 2. Idem dicimus in testimonio fratris pro fratre, & vxoris pro marito, sicuti tradit Spec. in tit. de teste. §. 1. ver. quid ergo si aduersarius. Ripa in l. 4. §. hoc autem iudicium nu. 30. ff. de damno infecto. Aufer. ad decisiones Capellæ Tolos. q. 4. col. pen.

Ita dicimus, quod tacens in iudicio, & non opponens contra protestationem præsumitur illi consentire. Ita gl. l. si fideiussor. in princ. in verbo, reculare. ff. qui satisf. cogan. Bal. in consil. 318. Pract. ciuitatis. col. 2. lib. 1. Præpo. in c. sollicitudinem. col. 2. vers. 6. fallit. de appell.

Ita etiam dicimus, quod factio solemnitas extrinseca præsumitur interuenisse in actu, quando defectus ipsius solemnitatis non fuit oppositus ab aduersario. Compost. in c. cum dilectus. de consuet. Matthes. not. 12. Crau. in consil. 220. num. 5. & dicemus infra lib. 3. præf. 98. vbi agemus, quando solemnitas præsumatur.

Huc etiam facit, quod si statutum velit probationem debiti fieri non debere testibus, attamen si facta sit parte non opponente, valet. Bal. in l. certi conditio. §. quoniam. ad finem. ff. si certum pet. & ibid. Alex. Cæphal. in cautela 253. statuta quandoque. num. 1. & Dec. in l. in ambiguis. §. non est nouum. num. 7. de reg. iur. Ruin. in consil. 3. nu. 10. lib. 3. Mars. in consil. 19. num. 8. & in l. si quis ne q. nu. 91. de qu. & Crau. in consil. 348. nu. 1. Et ad rem hanc pertinet, quod licet excommunicatus esse non possit in iudicio, c. intelleximus. de iud. Attamen si comparuit, & nil ab aduersario fuit oppositum, valet iudicium cum eo tractatum. c. 1. §. si vero, de except. in 6. & tradit Abb. Dec. & reliqui in d. c. intelleximus, & idem Dec. in d. l. in ambiguis. §. non est nouum. nu. 8. de reg. iur.

Est valde simile, quod dicimus militem esse nõ posse in iudicio, tanquam alterius procuratorem, vt probat l. filiusfam. §. veterani. ff. de procur. & tamen iudicium valet, si non opponatur. Ita Mars. in consil. 19. nu. 13. & in l. si quis ne q. nu. 94. de q. Dec. in d. §. non est nouum. nu. 8. vbi idem esse dixit de iuramento calumnie. ex c. 1. de iuram. calum. in 6.

Huc spectat, quod licet procurator interuenire non possit in causa criminali, attamen si interuenit, & nil obijciatur, valet iudicium. l. quamuis indubitati. C. de adul. Bal. in l. ita demum. col. 2. C. de procur. Rom. in consil. 215.

Tomus Primus.

M 2 Cæpol-